

Denudación de los Altares (Jueves Santo)

El celebrante y los acólitos van al altar, se inclinan, se levantan, y comienzan el despojo de los altares como sigue.

El celebrante dice la siguiente antífona en una voz clara:

Psalm 21, 19. Diviserunt sibi vestiménta mea: et super vestem meam miserunt sortem.


Añadiendo la ennación del mismo salmo:

JU.DENUACIÓN DE LOS ALTARES Y VI.COMUNIÓN

Psalm 21.



1. De-us, De-us me-us, réspi-ce in me: † qua-re me de-re-liquís-ti? *



longe a sa-lú-te me-a verba de-lictórum me-órum.

El coro continúa con la recitación de este salmo desde longe a salute mea. hasta que se completa el despojo de los altares.

2. Deus meus, clamábo per diem, et *non exáudies*: * et nocte, et non ad insipiéntiam **mihi**.
3. Tu autem in *sancto* **hábitas**: * laus **Israël**.
4. In te speravérunt *patres* **nostri**: * speravérunt, et liberásti **eos**.
5. Ad te clamavérunt, et *salvi* **facti** sunt: * in te speravérunt, et non sunt **confúsi**.
6. Ego autem sum vermis, *et non* **homo**: * oppróbrium hóminum, et abjéctio **plebis**.
7. Omnes vidéntes me *derisérunt* me: * locúti sunt lábiis, et movérunt **caput**.
8. Sperávit in Dómino, *erípiat* **eum**: * salvum fáciat eum, quóniam vult **eum**.
9. Quóniam tu es, qui extraxísti *me de* **ventre**: * spes mea ab ubéribus matris **meæ**.
10. In te proyéctus sum ex útero: † de ventre matris meæ Deus *meus* **es** tu, * ne discésseris **a** me:
11. Quóniam tribulátio *próxima* est: * quóniam non est qui **ádjuset**.
12. Circumdedérunt me *vítuli* **multi**: * tauri pingues obsedérunt me.
13. Aperuérunt super *me os* **suum**: * sicut leo rápiens et **rúgiens**.
14. Sicut *aqua* **efúsus** sum: * et dispérsa sunt ómnia ossa **mea**.
15. Factum est cor meum tamquam *cera* **liquéscens**: * in médio ventris **mei**.

16. Aruit tamquam testa virtus mea, † et lingua mea adhásit fáucibus **meis**: * et in púlverem mortis deduxísti me.
17. Quóniam circumdedérunt me *canes* **multi**: * concílium malignántium obsédit me.
18. Fodérunt manus meas et *pedes* **meos**: * dinumeravérunt ómnia ossa **mea**.
19. Ipsi vero consideravérunt et inspexérunt me: † divisérunt sibi vestiménta **mea**, * et super vestem meam misérunt **sortem**.
20. Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxiliúm *tuum* **a** me: * ad defensionem meam **cónspice**.
21. Erue a frámea, Deus, *ánimam* **meam**: * et de manu canis únicam **meam**.
22. Salva me ex ore *leónis*: * et a córnibus unicórnium humilitátem **meam**.
23. Narrábo nomen tuum *frátribus* **meis**: * in médio Ecclésiæ laudábo te.
24. Qui timétis Dóminum, laudáte **eum**: * univérsum semen Jacob, glorificáte **eum**.
25. Tímeat eum omne *semen* **Israël**: * quóniam non sprexit, neque despéxit deprecationem **páuperis**:
26. Nec avértit fáciem *suam* **a** me: * et cum clamárem ad eum, exaudívit me.
27. Apud te laus mea in ecclésia **magna**: * vota mea reddam in conspéctu timéntium **eum**.
28. Edent páuperes, et saturabúntur: † et laudábunt Dóminum qui *requírun*t **eum**: * vivent corda eórum in sáeculum **sæculi**.
29. Reminiscéntur et converténtur *ad* **Dóminum** * univérsi fines **terræ**:
30. Et adorábunt in conspéctu **eius** * univérsæ famíliæ **Géntium**.
31. Quóniam *Dómini est* **regnum**: * et ipse dominábitur **Géntium**.
32. Manducavérunt et adoravérunt omnes *pingues* **terræ**: * in conspéctu eius cadent omnes qui descéndunt in **terram**.
33. Et ánima mea *illi* **vivet**: * et semen meum sérviet **ipsi**.
34. Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: † et annuntiábunt cæli justítiam eius pópulo *qui nascétur*, * quem fecit **Dóminus**.